

412  
II, 428 (Oth. f. n. 10)  
t. Royal  
746 ANNO M. D. LIX.  
CLARISSIMO VIRO // ERV-  
DITONE ET VIRTUTE PRAE-  
stanti Ioachimo Camerar. fratri suo  
carissimo S. D.

V. 7  
CUM Dei beneficio redijsemus satis quassati  
in itinere, accessit ad me David, reuersus ex  
Borussia, Laudat & Principis beneficentiam & Io-  
annis Aurifabri fidem & erga se eximium studium:  
Habet à Principe ad te mandata: De Andrea Au-  
rifabro scripsit, Stoius cuius tibi mitto Epistolam.  
Doleo eum nondum *κατασκευασθαι* suis ereptum esse:  
Fratris etiam luctus mihi dolorem affert, de quo  
Anglicus Episcopus, vir modestissimus mihi ante  
semestre dicebat, se in tota vita meliorem virum  
non vidisse, Talem *κατασκευασθαι* seu potius *εὐτυχεῖν* cum  
habiturus sit David, hoc exilium feret facilius: De-  
um oro, vt nos protegat & gubernet, Bene vale:  
III. Idus Ianuarij. Anno LIX.

Philippus.

II, 410 (Royal f. n. 10) f. 10  
- 11 (426 27)  
CLARISSIMO VIRO // ERV-  
DITONE ET VIRTUTE PRAE-  
stanti Ioachimo Camerario fratri suo  
carissimo S. D.

MITTO istuc duas Epistolas ex vrbe Amber-  
ga huc missas, quas cum legeris, exhiberi vo-  
lo Doctori Mordisio, & Doctori Francisco. Pro-  
dest enim aulam scire, & quid factio nobis inimica  
moliatur, & qualia sint de illis iudicia modestiorū  
hominum. Mea pericula non magnifacio, cum pu-  
er didi-